

quidquid unus alteri dedit, dotem scilicet, & donationem propter nuptias. Fisco totum acquirente, nisi minor aetas excuset, textu expresso in leg. Qui contra 4. Authent. Incestus, Cod. de incestis nupt. ibi Glossa, verb. Licitia. Si matrimonium ex licita causa separatur, quia v. g. maritus cum uxoris consensu ingreditur Monasterium, aut suscipit Ordines, tota dos est restituenda uxori, textu expresso in cit. cap. Mulieres 1. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Mulieres cum pro aliqua licita causa a propriis viris fuerint separate, totam dotem precipimus sibi reddi, & ibi Barb. num. 5. & communis aliorum. Si vero matrimonium separatur quoad totum per ecclesie iudicium ratione alicuius culpæ contrahentium, tunc si talis separatio, seu divorcium fiat ex culpa mariti, dos est restituenda uxori, arg. cit. cap. Mulieres; Si autem fiat ex culpa uxoris, v. g. ob ejus adulterium, ipsa perdit dotem, eaque accrescit marito, cap. Plerumque 4. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Si mulier ob causam fornicationis iudicio ecclesie, aut propria voluntate a viro recesserit, nec reconciliata postea sit eidem, dotem, vel dotalitium repetere non potest, & concordat lex Consensu 8. de repudiis, & Novell. 117. cap. 8. & 9.

24 Dissoluto matrimonio non tantum integra dos, sed etiam dimidia pars omnium illorum bonorum, lucrorum, quæ constante matrimonio ambobus conjugibus simul, ac utriusque intuitu convenerunt, v. g. hæreditate, legato, donatione, negotiatione, emptione ex utriusque pecuniis, aut bonis facta debet a marito restitui uxori, seu ejus hæredibus textu expresso in cap. Significavit 2. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Quæ ipsius dum simul viverent, cujuscunque contractus titulo communiter obtulerunt... ad divisionem eorum compellati. Barb. ibid. num. 6. cum communium aliorum. Illa autem bona, & lucra, quæ constante matrimonio uni conjugi in specie, & intuitu illius solius obtulerunt, v. g. hæreditate, legato, donatione, &c. non debent dividi inter conjuges, sed integra remanent ut propria illi soli conjugi, cui soli legata aut donata sunt.

16 Certa, & communissima. Sic illa lucra, quæ solius viri industria, studio, labore, officio, arte, &c. constante matrimonio acquisita sunt, ut lucra, quæ faciunt officiales, & ministri principum, advocati, medici, consiliarii, iudices, &c. soli viro, ejusque hæredibus remanent, nec quidquam de iis debetur uxori, aut ipsius hæredibus; Est communis cum Barbos. in cit. cap. Significavit num. 5. & Gonzal. ibid. num. 5. Guttier. l. 2. præf. qq. 118. num. 5. Nullo enim jure nec civili, nec canonico statutum reperitur, quod de hujusmodi bonis quidquam uxori restituatur.

17 Constante matrimonio si maritus culpa sua ad inopiam vergat, ita ut evidenter constet facultates ejus non sufficere ad assicurandam dotem, vel certe esse periculum illius, potest uxor repetere dotem suam, textu expresso leg. Si constante 24. princip. ff. solut. matrim. & leg. Uni adhuc 29. Cod. de jure dot. dummodo tamen non maneat penes uxorem, sed detur cuidam mercatori, aut alicui securæ, & licite negotiationi, ut inde honestum lucrum haberi, & onera matrimonii sustentari valeant; arg. cap. Per vestras 7. de donat. inter vir. & uxor. & ibi Barb. num. 7. Engel. l. 4. decr. tit. 20. num. 9. Surdus de aliment. tit. 9. quest. 40. num. 37. & alii passim. Si autem in tali casu dos uxoris fidejussione, aut alia cautione sufficienter assicurari potest, tenetur uxor arbitrate Judge acceptare. Sic contra communem Legistarum communior Theologorum, & Canonistarum, teste Havnoldo trad. 4. cap. 5. controv. 6. num. 399. arg. cit. cap. Per vestras 7. de donat. inter vir. & uxor. ubi Innocentius tertius Summus Pontifex mandat Archiepiscopo, & Archidiacono Genensium tamquam Judicibus, ut in casu præfati periculi dotem marito sub cautione sufficienti relinquant, vel alicui securæ, & licite negotiationi, seu

Doctrina præcedenti num. apposita, legibus Hispaniæ non consonat: primo quoniam res omnes in maritali societate lucrata, seu ex eis emerit conjuges, pro medietate ad eos spectant; secundo, quia cum omnia, constante matrimonio, ad quemlibet attinerent, nullus, dum inscius hujus juris regni non sit, erit ausus dicere non communicari. (1)

(1) Vid. idem,

mercatori ad honestum lucrum committat, ibi: Mandamus quatenus dotem assignari faciatis eidem sub ea, quam potest cautius præstare, vel saltem alicui mercatori committi, ut de parte honesti lucri dictus vir onera matrimonii possit sustinere.

Si absque sua culpa maritus vergit ad inopiam v. g. ratione inculpabilis naufragii, incendii, & hujusmodi, nequit cogi ad restituendam dotem, ut recte observat Glossa in cit. cap. Per vestras, verb. Ad inopiam, arg. Novell. 67. cap. 6. in princip. ubi tunc tantum reddere dotem cogitur maritus, si res male gubernat, eo vel maxime, quod uxor etiam teneatur de sua dote maritum inopem sustentare, leg. Mutus 37. ad finem, ff. de jure dot. Potest tamen uxor incipienti marito vergere ad inopiam, aut decoctionem, agere hypothecaria contra tertium creditorem etiam constante matrimonio: Nec creditur potest opponere sui offerendi ad impediendam ipsam uxorem. Hoc privilegium colligitur ex Cino in leg. Ubi adhuc in quest. 13. Cod. de jure dot. quod etiam sustinet Baldus Novellus de dot. part. 7. privileg. 47. & alii. Et ratio est, quia illa recuperatio dotis vergente marito ad inopiam, non est in rigore propria, & vera restitutio, ut notat Glossa, & Bart. in leg. Si constanter, ff. solut. matrim. cum servari debeat, & committi alicui mercatori, aut licite, & securæ negotiationi, ut ex fructibus ejusdem sustineri possint onera matrimonii, ut constat ex cit. cap. Per vestras; & sic magis interest uxori habere bona sibi hypothecata, quam pecuniam sibi oblatam. (Leg. 29. tit. 11. p. 4.)

In hoc casu si bona, quæ uxor detinere interdicitur tantum creditorem, essent excedentia dotem, & divisibilia, posset tantum detinere quantum sufficeret ad dotem, reliquum vero teneretur dimittere. Et ratio est, quia æquum non videtur, ut uxor lucraret cum aliorum jactura, per textum in leg. Jure succursum, §. fin. Cod. de jur. dot. nam licet jura eidem succurrant pro sua dote ad eam conservandam, non tamen ad eam augendam cum aliorum jactura; arg. Regul. juris 48. in 6. ibi: Locupletari non debet aliquis cum alterius jactura, vel injuria: Si vero bona illa essent indivisibilia, posset illa constante matrimonio detinere, sed excessum fructuum teneretur restituere; & ratio est, quia uxor in hoc casu lucrum non acquirit, cum aliorum jactura, ut clare patet, cum relaxaret fructus excedentes in favorem creditorum, & aliunde ratione hypothecæ quam habet in omnibus bonis mariti, sit omnibus aliis creditoribus præferenda, ex leg. In rebus 50. Cod. de jure dot. & leg. Assiduis 12. §. 1. Cod. qui potiores in pign. (Regul. 17. tit. 34. p. 7.)

Potest insuper uxor constante matrimonio suam repetere dotem, si bona mariti fisco inferantur, arg. leg. Si marito, ff. solut. matr. ibi: Si marito publico iudicio damnato, pars aliqua bonorum ejus publicetur, Fisco creditoribus ejus satisfacere necesse habet inter que uxor quoque est.

Uxor ratione dotis habet tacitam, & privilegiatam hypothecam in omnibus bonis mariti, ita ut præferatur omnibus aliis creditoribus: Est communis, & certa, textu expresso leg. In rebus 39. Cod. de jure dot. ibi: In rebus dotalibus, siue mobilibus, siue immobilibus, siue se moventibus (si tamen extent) siue estimatæ, siue inestimatæ sint, mulierem in his vindicantem, omnem habere post dissolutum matrimonium prærogativam jubemus, & neminem creditorem mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiores causas in his per hypothecam vindicare, & leg. Assiduis 12. §. 1. Cod. qui potiores in pign. ibi: Sancimus ex stipulatu actionem, quam mulieribus jam pro instituta dedimus, cuique etiam tacitam donavimus in re hypothecam, potiora jura contra omnes habere creditoris, licet anteriores sint temporis privilegio vallati, &c. licet res dotalis, vel ex his aliæ comparatæ non extent, sed quocunque modo, vel disposita vel consumpta sint.

Pro

Pro complemento, & uberiori notitia, & regula omnium, quæ hæcenus dicta sunt de dos, advertendum est, quod præ omnibus pacta dotalia, seu speciales conventiones, & locorum consuetudines, seu specialia statuta attendi debent, arg. tot. tit. ff. de pactis dot. & Cod. de pactis & convent. & cap. Donatio 8. de donat. inter vir. & uxor. ibi: Sane soluto matrimonio, sicut dos ad mulierem, sic & donatio propter nuptias reddit ad virum, nisi de consuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote, & donatione propter nuptias quod æquale sit, tamen hinc inde contrarium judicatur, & ratio est, quia ut habet L. 75. juris in 6. Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur; & consuetudo est optima legem interpres, ut habetur leg. 37. ff. de leg. & cap. Cum delictus 8. de consuetudine. (Vid. sup. adnotata num. 4. verb. Arbitr. pag. 210. vers. Quivis: verb. Assocuator, pag. 242. vers. Rationi: per tot. add. hisp. sup. num. 9. cum leg. 24. tit. 11. p. 4. ubi assertur locum contractus esse inspiciendum, non vero quo se conferant matrimonium contrahentes.)

Alia ad rem vid. verb. Uxor, & signatur num. 44.

Ubi que fere locorum receptum est moribus, patriam potestatem dissolvi per nuptias filiarum, quocirca ad hærendum est illis, qui indistincte sentiunt, hodie pro dote profectitia ipsam filiam solum agere posse; Bohemer. in Introd. ad Jus digest. l. 24. tit. 3. n. 7. Stryk. in usu modern. Pand. l. 24. tit. 3. §. 11. Muller. in addit. ad Struv. exerc. 40. thes. 50. lit. E. §. 3.

Mulierem pro dote tacitam habere hypothecam, cum prælatione adversus ejusdem mariti creditores anteriori licet hypothecæ munitis, cognitissimam juris est ex vulgatis Leg. Assiduis, Cod. qui potiores in pign. &c. At versatissima questio est, an hanc ipsam prælationem obtinere debeat contra fiscum, qui anteriorem habet hypothecam.

Ea nonnullis insecit opinio, quod hanc adversus fiscum anteriorem hypothecam habens haud obtinet prælationem. Movetur hi, quod in leg. 2. Cod. de privileg. fieri dispositum sit parem esse causam fisci, ac mulieris, hinc inferendo, quod fisco anteriori hypothecæ sic munito nequeat mulier præferri.

At prævaluit contraria sententia, quod scilicet mulier præferatur fisco anteriori licet hypothecæ vallato. Ratio, & quidem solidissima contrarie hujus sententiæ hæc est, quod dicta Lex 2. lata fuit ab Antonino Imperatore, quo tempore nulla mulier obtinebat prælationem; Abrogata propterea Lex hæc 2. dici debeat à posteriori lege Assiduis, Imperatoris Justiniani, qua prælatio fuit prima mulieri tributa.

Ita post alios tradunt Zoes in Comment. ad Pand. l. 120. tit. 4. num. 18. Anton. Faber. consuetud. l. 8. cap. 12. Mered. controver. Jur. l. 6. cap. 31. num. 14. Bachov. de pign. l. 4. c. 14. n. 2. Schovartzenthal. de pign. & hypoth. cap. 28. sub num. 29. Costanus de dote, cap. 7. num. 7. & secundum contrarium hanc sententiam decrevit Camera Apostolica die 28. Aprilis 1758. & rursus die 27. Februarii 1760. (2)

DUBITATIO TEMERARIA. Vide verb. Judicium temerarium, à num. 2. ad 26.

DUBIUM. Vide verb. Conscientia, à num. 25. ad 30.

Patriam potestatem dissolvi per nuptias filiarum, si velationes interfuerint, à nostris ordinationibus hæc doctrina non discrepat. (1)

Quam præferentiam esse uxori concedendam, ubi bona sua dotalia, aliis creditoribus concurrentibus, (2) vult repetere, extat præventum; sed non erit minus considerationis, sub quo instrumento creditores, & uxor sibi in iudicio personent. (3)

Vid. verb. Mater, vers. Advertitur: in add. hisp. Vid. verb. Bona laicalia, vers. Generalitas: (3) Vid. verb. Restitutio, art. 4. per tot. & prox. relata.

DUELLUM.

ARTICULUS I.

Duellum quoad ejus esse, divisionem, & prohibitionem

SUMMARIUM.

- 1. De rebus quid sit, quale ventum, & quando, ad num. 3.
- 2. Quæ requirantur ad constituendum duellum proprie dictum, ad num. 6.
- 3. Duelli divisio apud Juristas quotuplex, & quæ, ad num. 10.
- 4. Duelli quæ species, & quæ apud Theologos, ad num. 17.
- 5. Duellum quomodo univocim dividatur, & quare, ad num. 21.
- 6. Substantur additiones ex aliena manu, ad num. 23.

DUELLUM proprie dictum, seu monomachia est pugna inita inter duos, vel plures in pari numero, privata auctoritate, & ex conditio, statuto loco, & tempore, cum periculo occisionis, mutilationis, vel vulneris. Est in re communis; Ad majorem autem, & clariorem ejus intelligentiam explicantur singule principales particule: Dicitur primo Pugna inita, ut intelligatur debere duellum esse cum effectu, nam duellantes ad solam apparentiam, ex quo antea convenerint se se non vulnerare, sed honoris gratia duellum simulare, non incurruntpenas spirituales contra duellantes inflictas, ut tradunt Caraffa de duell. trad. 1. sect. 5. quest. 6. cap. 231. Raynald. l. 5. cap. 9. §. 3. & 4. num. 3. Pignatelli. l. 9. consulti. 88. num. 62. Gomezius de Amescua de potest. in scriptum. l. 2. cap. 5. num. 24. & alii. Dicitur secundo privata auctoritate, ad denotandum, quod non sunt prohibita duella illa, quæ publica auctoritate inter hostes fiunt, inter quæ celebre est illud Davidis cum Goliath in l. 1. Reg. cap. 17. Sic etiam D. Wenceslaus Bohemæ Dux, ut in ejus officio legitur, ad singulare certamen adversus ducem Curimensem eo fine accessit ut suorum saluti prospiceret, ac proinde visi sunt Angeli arma ministrasse, & dixisse adversario: Ne ferias. Dicitur tertio ex conditio, quia ad hoc ut verificetur duellum proprie dictum, requiritur præcedens tractatus, & deliberatio; si enim unus ex rivalibus alium ad dimicandum provocet ex calore iracundiæ, & statim pugnent, non erit duellum. Sic censuit Sac. Congr. Conc. in Segob. 15. Octob. 1644. teste Pignatelli. tom. 1. consulti. 317. Dicitur quarto statuto loco, & tempore, quia sine determinatione certi loci, & temporis non est proprie duellum, ut resolvit Sac. Congr. Conc. in Nullius 15. Octob. 1644. l. 17. decret. fol. 360. Et per hoc, quod non fuit determinatum certum tempus, & locus, Sac. Congr. Immunitatis in una Civitatis Castellane ponente Card. Valenano die 13. Febr. 1703. non habuit pro duello sequens Viglietrum disidæ Signor Alexandro siete un mentitore, &c. v. inimico però a battervi meo a corpo a corpo con la spada alla mano, onde dovrete cingerla, accio dove e incontriamo, possa sostenervi, e rascarvi con quella tutto quello che di proprio pugno vi scrivero. Dicitur quinto cum periculo occisionis, mutilationis, vel vulneris, ut excludantur à ratione duelli contentiones, & exercitationes vulgo dicte di Scherma, cum istæ fiant sine periculo mutilationis, vel mortis.

Patriam potestatem dissolvi per nuptias filiarum, si velationes interfuerint, à nostris ordinationibus hæc doctrina non discrepat. (1)

Quam præferentiam esse uxori concedendam, ubi bona sua dotalia, aliis creditoribus concurrentibus, (2) vult repetere, extat præventum; sed non erit minus considerationis, sub quo instrumento creditores, & uxor sibi in iudicio personent. (3)

Vid. verb. Mater, vers. Advertitur: in add. hisp. Vid. verb. Bona laicalia, vers. Generalitas: (3) Vid. verb. Restitutio, art. 4. per tot. & prox. relata.

tis, & etiam excludantur contentiones, quæ sunt cum pugnis, vel capillorum evulsionem. Marga disquisit. canon. 1.2. disp. 11. dub. 1. num. 1. Pascucci. in annot. ad Pignatell. tom. 1. tit. de duell. ante finem fol. 240. vers. Excluditur etiam, ubi excludit à ratione veri duelli omnes alias contentiones, seu pugnas quocumque alio instrumento fiant, dommodo ex illis non imminet periculum mortis, seu mutilationis, ex Pignatell. tom. 1. cons. 88. num. 93.

7 Duellum aliter dividitur à Theologis, & aliter à Legistis. Legistæ sequentes Joan. de Lignan. tract. de duell. cap. 2. num. 2. illud dividunt in decretorium, propugnatorium, & satisfactorium. Duellum decretorium est illud, quo duellantes hac lege arma movent, ut à pugna cessare non debeant, quoadusque alter occidatur. Duellum propugnatorium est quando quis ad locum designatum accedit non animo adversarium occidendi, sed suum honorem conservandi. Duellum satisfactorium est, quando quis gravi affectu injuria satisfactionem in mortis poscit tribunali, paratus tamen à provocacione desistere eo ipso, quod adversarius satisfactionem dare velit, ut ex Caramuel. in Theologia fundament. 19. quest. de honor. num. 412. pag. 11. refert Marga disquisit. Canon. tom. 2. dub. 1. num. 20.

11 Theologi autem sequentes Cajetan. in 2. 2. quest. 95. art. 8. vers. circa duella, dividunt duellum in sex species juxta sex causas formales, ad quas singulare certamen ordinatur, scilicet in duellum manifestativum veritatis, ostentativum virium; evitativum ignominie; terminativum controversie; evitativum belli, & defensivum honoris, ut late prosecquitur Caraffa de duell. sect. 1. tract. 3. quest. 1. num. 3. & seq. Duellum manifestativum veritatis tunc verificatur, quando quis læsus in honore non habens testes, seu aliam justificationem propriæ innocentie, confidit quod erit testis veritatis, & hoc duellum est illicitum, ut de communi testatur Sanchez lib. 1. moral. cap. 39. num. 3. arg. cap. Monomachiam 22. caus. 2. quest. 6. cap. 1. & 2. de purgat. vulgar. Duellum ostentativum virium est, quando quis ex solo motivo gloria, seu valoris ad ostendendam peritiam, & fortitudinem duellandi alium provocat ad duellum; Et hoc duellum est illicitum, ut tenet communis arg. cap. 1. de Torneamenti. ubi id expresse rejicitur, ibi: Ad ostentationem virium suarum, & audacia. Duellum evitativum ignominie est, quando quis aliquo notatur defectu, à quo per duellum putat se purgari posse, & nisi duellum acceptet, pro vili, & timida persona reputatur, & hoc duellum tanquam illicitum reprobat ab Alexandro VIII. in propositione secunda ex damnatis die 7. Sept. 1665. ibi: Vir equitatis ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat. Duellum terminativum controversie est, quando indicitur, vel acceptatur duellum ad terminandam, seu dirimendam litem seu controversiam, quam alioquin sine tali duello non potest consequi justitia, aut cum suo, vel aliorum damno quis in lite succumbit. Et hoc etiam duellum est illicitum, quia non est aptum medium ad hunc finem, cum semper exponatur periculo justitie cause, una cum periculo vite propriæ, vel alterius. Duellum evitativum belli est, quando Rex, vel Princeps justum bellum gerens, quia non habet sufficientes vires ad resistendum hostibus, vel ad parcendum multitudini, committitur res duello inter duos, vel plures milites utriusque exercitus dicenda, ut quæ pars vicerit, causam obtineat, vel ipsimet Reges, & Princeps ad duellum se provocant, ut suorum subditorum salutem prospiciant; & hoc duellum est licitum, ut clare patet de Divo Wenceslao Bohemie Duce, cui, ut in ejus officio legitur, ad singulare certamen adversus ducem Curimensem accedenti, ut suorum salutem prospiceret, in signum justitie sui duelli visi sunt Angeli arma ministrasse, & dixisse adversario: Ne ferias. Duellum defensivum honoris est, quando quis de aliquo defectu notatus, ad se defendendum duellum indicit, vel acceptat. Et hoc duellum est illicitum, quia alia via fieri potest honoris defensio, seu injuriæ reparatio, videlicet legitima accusacione apud judicem, ad quem finem conceditur in jure actio inju-

riarum; Instit. de injur. §. In summa, ibi: In summa sciendum est, de omni injuria, cum qui passus est posse vel criminaliter agere vel civiliter; §. tit. 30. de injuriis. (Tit. 20. lib. 4. Foa. Reg. tit. 1. p. 7. tit. 1. lib. 8. Ord. Reg. 10. lib. 8. Recop. Cast.)

18 Duellum dividitur ab omnibus principaliter in duellum solemne, & in duellum privatum. Duellum solemne (quia forte solemnius conducti ad Tartara) est quod fit servata certa forma, & solemnitate circa designationem armorum, & circa tempus, & locum securitatis privilegio præditum (quod Campum francum communiter appellant) adhibitis etiam testibus seu patris, quos Secundantes vocant. Duellum privatum est, quod fit quidem etiam ex condico, statuto certo tempore, & loco, sed absque alii solemnitate circa designationem armorum, & securitatem loci, & sine patris. Duellum dividitur ulterius in illud quod fit auctoritate publica, & in illud, quod fit auctoritate privata, & utrumque patet ex terminis.

21 Duellum tum solemne, tum privatum, seu simplex est prohibitum Jure divino, & humano tam civili, quam canonico, seu ecclesiastico sub penis gravissimis. Jure divino prohibetur in præcepto Non occides, quo divino præcepto non tantum prohibetur occisio auctoritate privata, sed etiam periculum ejusdem, ut patet in aliis præceptis. In duello autem uterque duellans ad minimum exponitur evidenti occisionis periculo, & de Jure divino est textus in Deuteronomio. cap. 6. & Luc. cap. 4. ibi: Non tentabis Dominum Deum tuum. Jure humano civili prohibetur l. unie. Cod. de Gladiatoribus, & sæpe alibi; Jure humano canonico, seu ecclesiastico prohibetur, cap. Monomachiam 12. caus. 2. quest. 4. & tit. 14. de Clericis pugnantibus in duello, & tit. 35. de purgatione vulgar. l. 5. decretal. & à Julio II. constituit. incip. Regis pacifici; à Leone X. constituit. incip. Quam Deo, & hominibus, à Clemente VII. constituit. incip. Consuevit Romanus Pontifex, à Julio III. constituit. incip. Ea, quæ à predecessoribus, à Gregorio XII. constituit. incip. Ad tollendam, à Clemente VIII. constituit. incip. Illius vices, & à Concil. Trid. sess. 25. cap. 19. de reform. præcisus his verbis: "Detestabilis duellorum usus fabricante diabolo introductus, ut cruenta corporum morte animarum ætiam pernicium lucratur, ex Christianorum orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, & dominio civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab ecclesia obtinent, privati intelligantur: & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur: & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patris vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamie penam incurrant, & ut homicide juxta S. Canones puniri debeant. Et si in conflictu decesserint, perpetuo careant sepultura ecclesiastica; illi autem, qui consilium in causam duelli tam jure quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocumque privilegio, aut prava consuetudine, & etiam immemorabili."

22 §. 3. Varia ex scriptoribus ad duella pertinentia collegit Thurmannus in duellis, at si dicendum quod sentio, sine judicio quævis conscrinavit. De judiciis olim usitatis egerunt, & quidem rectus Mauritius de duellis, & Ephraim Gerard. de judiciis duellis. Historiam vero duellorum, eamque plenissimam edidit Basnage in tractatu cui titulus: Dissertation Historique sur les duels, quæ præmissa est tom. 1. de l' Histoire des Ordres Militaires. §. 3.

(Quamquam inter varia probationum genera per leg. 8. tit. 14. p. 3. duellum numeretur, in ea que confiteatur, pro justa idem à sapientibus qui leges composuerunt, non reputari, eo quod in similibus contentioneibus evenit, ut multoties veritas deprimat, vincat mendacium, atque

quo videatur sic provocans Deum tentare: nihilominus, cum hispanis nobilibus placeret, jus suum armis quam inquisitionis, aut testium falsorum periculo subijcere, ac insuper accedente, pugna timore à maleficio acceri, similia certamina generalis permisit consuetudo; quare, si recognoscuntur, tit. 1. lib. 4. Reg. For. 3. 4. & 11. p. 7. 8. & 9. lib. 4. Ord. Reg. 8. & 9. lib. 8. Recop. Cast. invenies, inter reiptum, & duellum quæ sit differentia, utrumque quid sit aut significet, unde nomen acceperit, utile cui sit, coram, & à quibus, qua forma, rationibus, quo in loco fieri valet, responderi ad reiptum quomodo debet: causæ designantur, propter quas à pugna excusari potest: penæ in duellantibus constituta, si in probatione defecerint, referre non omittuntur.)

ARTICULUS II.

Duellum quoad ejus penas, & personas eas incurrentes, & earum absolutionem.

SUMMARIUM.

- 1. Afferuntur in primis per extensum pro regula, & notitia satis necessaria ad hoc omnia, constitutio Clementis VIII.
- 2. Enumerantur penæ principales contra duellantes statuta.
- 3. Vulneratus si in ipso loco duelli, vel in alio quidem loco, sed tamen paulo post eodem adhuc die, sive sine vero sufficienti intervallo decedat, caret ecclesiastica sepultura, quamvis panem, & à censuris absolutus decedat.
- 4. Si autem vulneratus in duello moriatur post notabile intervallo, v. g. post unam, vel alteram diem, non caret ecclesiastica sepultura.
- 5. Penas imperitias contra duellantes incurrant, Primo: Ipsimet pugnantes, sive sint principales, sive non, sive sit solemne, sive sit privatum, vel simplex, etiamsi non sequatur mors, seu mutilatio. Immo quomvis initium fuerit pactum de statim terminando, quæ penas incurrant patris, provocantes & acceptantes, ad num. 7.
- 6. Ceteri referuntur qui in eadem panat incidant, ad numer. 21.
- 7. Adit, ex aliena manu, ad num. 23.
- 8. Subsequitur Constitutio S. D. Benedicti XIV.

Afferuntur in primis per extensum pro regula, & notitia satis necessaria ad hoc omnia, constitutio Clementis VIII. quæ est ut sequitur.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Illius vices licet immeriti gerentes, qui ut animas suorum fidellium à peccato, & diaboli laqueis liberarent, de celo descendens, humana carne assumpta, in proprio quidem suo pretiosissimo sanguini poperavit, sed se ipsum in ara Crucis immaculatam hostiam æterno Patri offerre voluit, in hac præcipuam curam summo studio incumbimus, ut easdem animas inæstimabili pretio redemptas adversus satanæ fraudes, quantum in nobis est, illas, præservemus, præsertim vero motis vitibus Nobis à Domino traditis exterminemus: vitia quadam, atque enormia peccata, quibus Divina Majestas graviter offensus, quæque eodem fabricante humani generis hoste, inventa, atque introducta sunt, ut ex cruenta corporum morte, animarum ætiam simul interitas, ac pernicies sequatur.

§. 1. Rectè siquidem, & salubriter fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster post alios complures suos, nostrosque prædecessores, qui detestandum divina

naturalique lege, ac sacris canonibus damnatum duellorum abusum, suis etiam constitutionibus severe prohibuerant, gravesque penas contra quocumque temporali ditioni S. R. E. mediate vel immediate subiectos reus criminis quomodolibet reos, vel participes inflixerant, cupiens non solum in terris prædictis, sed alias in quibuslibet animarum periculis obviare, principes, ac domesticos permittentes in suis dominis id patrari, ac etiam extra terras, & loca ditioni ecclesiastica subiecta, hujusmodi duella, seu singularia certamina, seu diffidationes desuper facientes, ac ad id invitantes, provocantes, auxilium, consilium vel favorem dantes, illisque astantes, & intererentes, nec non chartas desuper subscribentes, aut publicantes, seu de illis se intromittentes, singulos, Imperatore, ac Regibus inferioris majoris excommunicationis, ac (si ecclesiastici fuerint) ultra eam, etiam privationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, penam subiacere, easque incurere voluit, à quibus non nisi à Romano Pontifice absolvi possint.

§. 2. Sed, & postmodum generalis Tridentina Synodus ad exterminandum penitus ex christiano orbe hoc malum statuit, ut Imperator, Reges, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, & dominio civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patris vocantur, excommunicationis, omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamie penam incurrant, & ut homicide, juxta sacr. canones puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli tam jure, quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores, excommunicationis, & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur.

§. 3. Quas penas novissime pie memor. Gregorius Papa XIII. pariter prædecessor noster extendit adversus illos etiam omnes, qui non publice, sed private ex condico, statuto tempore, & in loco convento monomachiam commisissent, etiam patris sociisque non vocatis, & loci securitate non habita, & provocatoris literis minime præcedentibus, etiam contra locorum dominos, si id (quantum in se fuerit) non prohibuissent, ceterosque supradictos criminis socios, & ex composito spectatores, etiamsi pugnam ob aliquod impedimentum non commisissent, si ad locum accessissent pugnaturi, & per eos non stetisset quominus pugnarent.

§. 4. Verum quia cum magna animi nostri molestia intelleximus adhuc in quibusdam, præsertim transalpinis, ac remotis regionibus, & potissimum ubi bella vigent, castrensium quadam, & militari licentia, seu venius audacia perniciosum hoc scelus inter fideles exerceri, quasi fas sit in solo hostili, ubi Christiani nominis, seu Catholice Fidei hostes tyrannidem exercent, seu hereses, & schismata impune grassantur, sive inter signa, & castra militaria, in caput suorum fratrum impios convertere mucrones, quod multo salubrius contra Christi adversarios stringi par esset: Nos nefaria diaboli arma salutaris gladio ad continendos in officio fideles nobis præcipue ipsius Domini auctoritate tradito retundere, atque à cervicibus gregis Domini nostræ curæ crediti, quantum (eodem Deo adiutore) eniti possumus, propulsare cupientes, prædictas omnes constitutiones ac decretum Concilii Tridentini cum omnibus, & singulis in eis contentis censuris, & penis decretis, ac extensionibus, quarum, & quorum omnium tenores presentibus haberi volumus pro expressis, & ad verbum insertis, auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus.

§. 5. Ac insuper auctoritate, & tenore præmissarum decernimus, & declaramus easdem constitutiones, ac decretum, locum habere ubique gentium, & terrarum, inter quascunque personas, etiam armatas, & in casibus, seu propugnaculis militantes, etiam ubi nostrorum, & S. R. E. aut Catholice Fidelium hostium furor impetue grassatur, in dominijs per eos occupatis, & identibus. Idem quoque juris censendum esse, si publico, & forsitan justo bello indicto, miles aliquis alterum in adversariorum exercitu militantem, sive alias in hostium castris, præsidijs, aut terris degentem, privatas simulatas, aq̄ue inimicitias publicæ causæ intermiscendo, etiam Ducum permissu, ex condicto ad singulare certamen descendat, aut illum provocet. Nec non in eisdem penis, decreto, & constitutionibus teneri eos, inter quos pactioes initæ sint de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem fuderit: aut certus ictuum numerus utriusque illatus fuerit: vel si convaluerint, ut non singulis, sed binis, ternis, aut plures hinc inde pugnent. Et non solum locorum Dominos, sed etiam militem Duces, & Capitaneos in castris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus exercitus adversariorum monomachiam in quocunque casu per præsentem, vel alias constitutiones hujusmodi prohibito, permittentes, vel quantum in ipsis est non prohibentes, aut post commissum crimen, veniam, & impunitatem concedentes.

§. 6. Præterea pari ratione prohibemus omnia, & singula ejus generis scripta, manifesta, seu fides vulgo appellata, quæ etiam sine expressa provocatione ad certamen, tamen quasi præparatoria quadam ad chartulas, seu libellos provocatorios, & ad duellum illorumque veluti radices, aut semina, ut plurimum lacessendi aliqueum ad pugnam, & suscitandæ simulatis, atque inimicitie materiam, & occasionem præbentium scilicet in illis per modum epistolæ, libelli, & publicæ attestacionis, & intimacionis, sive per authentica documenta, sive per unius, pluriumve chirographorum subscriptiones, aut relationes sub prætextu proprii, vel alieni honoris, & famæ, more militari, atque ut vulgo dicitur *Cavalleresco*, tuendi, aut lædendi, sive ad illatæ, propulsatæve contumeliæ, aut injuriæ probationem, seu tollendam ipsius suspicionem rei alicujus gestæ ad id pertinent, vel verborum, aut responsionum series, & ordo narratur, vel ex simili abusu hæc de causa aliquid tale adeo firmiter asseritur, aut negatur, ut qui contradixerit, is sine nominatim, sive in genere mendacii arguatur, aut mentiri dicatur: aut ad hunc effectum ejus militari etiam consuetudine quæritur, declaratur, aut responderetur, qua mente, aut quo sensu quippiam ejusmodi, quoad superius expressa præscribet, gestum, dictumque sit: vel denique offert se quidam contra certam, vel incertam personam, vel generatim contra quemcumque ad probandum armis, & verificandum etiam into certamine, aliquid ita esse, aut fuisse, vel non fuisse: nec non quascunque etiam sine scripto factas talium rerum supradicta quoquomodo concertantium, & ob hujusmodi causas in locis publicis, vel privatis, ubi hominum multitudo convenire solet, denuntiationes, narrationes, declarationes, & testificationes volentes eos omnes, & singulos, qui usuo, vel alieno nomine ad effectum, de quo superius dictum est, prædicta, vel his similia, multoque magis ad certandum provocatoria scripta, libellos, epistolas, & eorumque exempla dictaverint, composuerint, scripserint, miserint, deulerint, divulgaverint, affixerint, exemplaverint, typis impresserint, subscripserint, attestati fuerint: quive aliis ad singulare certamen publicè, vel occulte insumendum, vel ad provocandum aliquem ad pugnam, sive ad hujus generis scripta, quæ manifesta, quæque *chartule provocatorie* appellantur, scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, divulganda, auxilium, consilium, operam, vel favorem præstiterint, sive id susceperint, aut mandaverint, quique in præmissis, vel eorum aliquo se quomodolibet immiscuerint: etiamsi neque pugna aliqua, vel certamen,

aut effectus, non accessus, aut actus ad pugnam proximis, neque expressa, & aperta provocatio subsequuta fuerit, neque scriptioes prædictæ, quæ manifesta dicuntur, in publicum prodierint, aut eundem intimam exiterint, si per eos non steterit, quominus publicatio, aut denuntiatio fieret. Nihilominus censuris, & penis omnibus in præsentem, & aliis prædictis constitutionibus, & decreto contentis subjacere, tam si superius enumeratis, quam si aliis etiam majoribus ecclesiasticis, vel mundanis dignitatibus, gradibus, & præminentijs excellant.

§. 7. Quinimmo de novo etiam per præsentem ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, excommunicamus, & anathematizamus, maledicimus, & execramur omnes, & quoscunque publice, vel privatim, palam, vel occulte, in quibuscumque locis, modis, & formis, ac casibus sub præsentem nostra, & aliis prædictis constitutionibus, ac decreto comprehensim, singulare certamen (quod *Duellum vulgo dicitur*) ex composito ineuntes, nec non id scelus suadentes, aut provocantes, opem, consilium, vel favorem præstantes, equos, arma, comæatus præbentes, aut comitantes, vel circa chartulas, seu libellos, literas, nuntios, aut quocunque alia scripta hujusmodi quomodolibet peccantes, hujusque delicti socios de industria, spectatores, paternos, fautores, defensores, quocunque tam superius expressa, quam alla ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate. Ita ut singulares etiam personæ cujuslibet communitalis, universitatis, collegij, aut reipublicæ, quæ hujus criminis participes quoquomodo fuerint, nequaquam excusentur, sed supradictos omnes, eorumque singulos, ipso facto absque ulla monitione, Judicij decreto, aut ministerio, perpeui anathematis, excommunicationis majoris, & maledictionis æternæ mucrone percussos, & damnatos harum serie declaramus, & si in ipso conflictu obierint, sepultura ecclesiastica perpetuo privato esse volumus. Ipsas vero civitates, terras, oppida, vel castra, & loca in quorum territoriis id facinus scientibus, & tacite, vel expresse permittentibus, aut tolerantibus dominis, aut magistratibus, vel senatu, aut populo commissum fuerit, ecclesiastico supponimus interdicto: cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem, ab alio quam a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice penitentia, & satisfactio, nec congrue peracta, in mortis articulo constituti nequeant obtinere, etiam prætextu quartumque facultatum, & indultorum quibusvis personis tam ecclesiasticis, cujuscumque ordinis, aut militie, status, gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis etiam imperiali, regali, vel alia mundana præminentia insignitis, per Sedem Apostolicam in genere, vel in specie concessorum. Quæ omnia quoad præmissa nolumus cuiquam in aliquo suffragari. Penas aliis tam spiritalibus, quam temporalibus contra eos infligendis, nihilominus in suo robore permansuris.

§. 8. Universos autem, & singulos charissimos in Christo Filios nostros Imperatorem, Reges, & dilectos Filios nobiles Duces Viros, etiam armorum, & exercituum, Marchiones, ceterosque Principes Christianos, nec non Dominia, Potentatus, Communitates, & Universitates civitatum, oppidorum, & castrorum, illorumque domicellos, & dominos temporales, ac etiam militem, & copiarum tam æquestrium, quam pedestrium Duciores, Tribunos, Præfectos, Capitaneos in quibuscumque etiam Nobis, & Romanæ Ecclesiæ temporali Jurisdictioni non subiectis locis constitutos, cuiuscumque gradus, præminentie, & nobilitatis existentes, hortamur, rogamus, & obtestamur per viscera Domini nostri JESU-CHRISTI, ut ejus divini nominis intuitu pro sua erga eundem Deum, per quem regnant Reges, & ad quo principatus acceperunt, pietate, atque erga Nos, & S. hanc Sedem reverentia, & devotione, non modo nihil tale in suis dominijs fieri permittant, nec ullo modo connivent; sed hoc malum omni studio, diligentia, & auctoritate exterminare totis viribus procurent, contra quoscunque delinquentes, ut præferatur quomodolibet complices, & participes etiam temporalibus penis gravissimis animadvertant, & per suos Officiales, & Curie Ministros procedi curent, se obsequium Deo pergratum, perque acceptum præstituros, si quo gladio ad tutelam bonorum, & ad propulsandos perditorum conatus sunt accincti, eundem ad vindictam hujus peccati, & ad sumendas de hujusmodi criminis rei debitas penas exercuerint, contra vero memores, si in re tam gravi male se gesserint, se in districto Dei judicio rationem in novissimo die reddituros.

§. 9. Volumus autem in præsentium transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo signatis, eandem prorsus fides ubique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur exhibitis, & postensis.

§. 10. Quodque ades præsentem in Lateranæ Principis Apostolicorum de Urbe Basilicarum, & Canonicellarie Apostolicæ valvis de more publicentur, affixis inibi earum exemplis per aliquem ex Cursoribus nostris, & dimissis, quodque eadem publicatio eos, qui in Urbe sunt, post triduum, qui vero extra eam, post quatuor menses, omnes, quos concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimata fuissent.

Nullo ergo omnino, &c. Datum Romæ in Monte Quirinali anno Incarnacionis Domini 1592. Kalend. Sept. Pont. nostri anno 1.

Penæ principales duellantibus statuta sunt sequentes. *Primo*, Excommunicatio ipso facta incurrenda. *Secundo*, Perpetua infamia. *Tertio*, Proscriptio bonorum omnium. *Quarto*, debent puniri sicuti homicidæ. *Quinto*, Privatio sepultura ecclesiasticæ, si in ipso conflictu decesserint. *Sexto*, Si fuerint ecclesiastici, privati sunt omnibus dignitatibus, beneficiis, & officijs ecclesiasticis, & redduntur inhabiles ad illa, & ad alia impoëtorum obtinenda. *Septimo*, sunt rei criminis læsæ majestatis. *Octavo*, redduntur inhabiles ad condendum testamentum. Omnes istæ penæ recescentur in adducta constitutione Clementis VIII. (Vid. in fin. Bull. S. D. Benedicti XVII.)

Vulneratus, si in ipso loco duelli, vel in alio quidem loco, sed tamen paulo post, eadem adhuc die, sicque sine vero sufficienti intervallo decedat, caret ecclesiastica sepultura, quamvis penitens, & a censuris absolutus decedat. *Diana part. 4. tr. 4. resol. 64. Sanchez in select. disp. 39. num. 9. Pignatelli tom. 9. cons. 88. num. 166. Homobon. in cons. cas. cont. 2. part. 7. res. 64. Lezana tom. 2. verb. Duellum num. 14. Koning. l. 5. decretal. tit. 13. num. 20. Reiffenstuel ibid. num. 43. & alij magis communiter.* Et ratio est, quia ultra quam quod semper comprobatur de ipso, quod dicit Concilium Tridentinum, & Clemens VIII. in loco conflictus decessisse; sic expresse decernitur, ac præficitur in Rituali Romano jussu Pauli V. edito in rubrica de exequiis in hæc verba: *Negatur ecclesiastica sepultura mortuis in duello, etiamsi ante obitum dederint signa penitentia.* Et confirmatur à simili de decedentibus in torneamentis, vel in ludo agitationis taurorum; tales enim sic decedentes caret ecclesiastica sepultura, quamvis moriantur penitentes, ut expresse statuitur in c. 1. de torneamentis; ibi: *Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, quomvis et poscenti penitentia non negetur, ecclesiastica tamen caret sepultura; adeoque à pari idem dicendum est de decedentibus in duello.* Si autem vulneratus in duello moriatur post notabile intervalum, v. g. post unam, vel alteram diem, non caret ecclesiastica sepultura. *Carrafa de duello tract. 2. sect. 3. quest. 19. num. 9. Diana part. 11. tr. 6. resol. 26. Lezana tom. 2. verb. Duellum num. 14. Mancini in præd. de infirm. in ord. ad sepult. num. 34. Portelli in respons. part. 3. cap. 10. num. 3. & 4. Bossæus verb. Sepultura num. 5. Trullenchi de iure Parochi cap. 9. dub. 7. num. 7. Possentius in recollect. q. moral. verb. Duellum in 6. Remig. in præd. Conf. tract. 2. cap. 5. §. 1. num. 11. Koning loc. cit. num. 20. Reiffenstuel*

loc. cit. num. 44 & alij plures. Et ratio est, quia in tali casu vulneratus licet moriatur occasione duelli, seu ex duello, non tamen in ipso duello, seu in conflictu, ut ad incurrendam hanc penam expresse requiritur, tum à Conc. Trid. loc. cit. tum à Constitut. Clementis VIII. supra adducta, ibi: *Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura.* Tum quia cum hæc sit lex poenalis, extendi non debet, sed potius restringi; arg. Regul. 15. Juris in 6. ibi: *Omnia restringi, & favoree convenit ampliari; & Regul. 49. eodem in 6. ibi: In penis benignior est interpretatio faciendæ.* (Vid. verb. Dispensatio, in fin. num. 29.)

Penas impositas contra duellantes incurrit: *Primo*, ipsimet pugnantes, sive sint principales, sive non, sive duellum sit solemne, sive privatim, vel simplex; etiamsi non sequatur mors, seu mutilatio, immo quamvis initum fuerit pactum de statim terminando certamine, cum primum vulneratus fuerit, aut sanguinem fuderit, aut certus ictuum numerus utriusque illatus fuerit, textu expresso in citat. constit. Clementis VIII. §. 5. ibi: *Nec non iridem penis & decreto Ec. Vide supra in allata constitut. Clementis VIII. Secundo*, illas penas incurritur patris, socii, ad duellum serio provocantes, acceptantes, etiamsi pugna ob aliquod impedimentum non fuerit secuta, ut expresse cavetur in citat. constit. Clem. VIII. in fine §. ibi: *Etiamsi pugnam ob aliquod impedimentum non commisissent, si ad locum accessissent pugnaturi, & per eos non stisset, quominus pugnarent.* *Tertio*, illas penas incurrit duellantium adiutores, sive auxilium, consilium, operam, vel favorem præstantes, equos, arma, comæatum, pecuniam, & alia subsidia scienter administrantes, ut patet expresse in citat. constit. Clementis VIII. §. 7. Consulens autem duellum non incurrit excommunicationem, si fecit quantum potuit, revocando consilium, licet nihil profecerit, quia quantum est ex se, effecit ut per eum cessaret duellum, novum enim consilium dedit ex se efficacious ad revocandum duellatorem, qui si non revocetur, est propter suam gravitatem, adeoque consulens non est amplius in causa, & consequenter si efficaciter suum consilium revocat, etiam post provocationem, & ante executionem duelli, faciens quantum in se est, ne sequatur ipsa pugna, non contrahit excommunicationem; colligitur ex constit. Gregorii XIII. ubi dixit, *consulentes eisdem censuris, & penis subjacere, si per ipsos non stetit, ne pugna sequatur.* *Quarto*, illas penas incurrit spectatores ex industria, seu ex composito; scilicet qui ex sua presentia, & visione videntur ad pugnam duellantes incitare, textu expresso in Concilio Tridentino cit. sess. 25. cap. 19. *da reform. ibi: Nec non spectatores, & in cit. constit. Clementis VIII. §. 2. ibi: Nec non spectatores, & §. 3. ibi: Et ex composito spectatores, & §. 7. ibi: Et industria spectatores.* Hinc penas illas non incurrit qui ex occulto, vel obiter transeundo respiciunt; quia nihil ad ineundam, & acuendam pugnam conferunt. *Quinto*, illas penas incurrit locorum Domini, Magistratus, Præsides, Locumtenentes, Duces militum, & Capitanei, qui duellum vel permittunt, vel non prohibent quantum possunt, vel commissum non puniunt, textu expresso in d. constitut. Clementis VIII. §. 5. in fine, ibi: *Et non solum locorum Dominos, sed etiam Magistratus, Præsides, Locumtenentes, aut etiam militum Duces, & Capitaneos in castris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus exercitus adversariorum monomachiam in quocunque casu per præsentem, vel alias constitutiones hujusmodi prohibito, permittentes, vel quantum in ipsis est non prohibentes, aut post commissum crimen, & veniam, & impunitatem concedentes.* Civitates vero, oppida, terræ, castra, in quibus commissum fuerit duellum, permittentibus, aut tolerantibus dominis, ecclesiastico subijcitur interdicto, textu pariter expresso in citat. constitut. Clementis VIII. §. 7. ibi: *Ipsas vero civitates, terras, oppida, vel castra, & loca, in quorum territoriis id facinus scientibus, & tacite, vel expresse permittentibus, aut tolerantibus dominis, aut magistratibus, vel senatu, aut populo admissum fuerit, ecclesiastico supponimus interdicto.* *Sexto*, illas penas incurrit omnes scripta, & man-

FRANCO. BIBLIOTHEC. TOR. III.

nifesta ad duellum preparatoria efficientes, nec non quascunque etiam sine scripto denuntiationes, narrationes, declarationes & testificationes, quæ etiam sine expressa provocatione ad certamen materiam, & occasio- nem præbent; Et illas penas incurrunt omnes, & singuli, qui suo, vel alieno nomine hujusmodi scripta dic- taverint, composuerint, scripserint, miserint, detulerint, divulgaverint, affixerint, exemplaverint, typis im- presserint, subscripserint, intimaverint, vel etiam verbo denuntiauerint, sive attestati fuerint, & illi qui ad ali- quod horum auxilium, consilium, operam, vel favorem præstiterint, sive suaserint, mandaverint, aut quomo- dolibet se immiscuerint, etiamsi neque pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec accessus, aut actus ad pugnam proximus, neque expressa, & aperta provocatio subsecuta fuerit, neque scriptio prædicta, quæ manifesta dicuntur, in publicum prodierint, aut cuidam intimata extiterint, si per eos non steterit, quominus publicatio, aut denuntiatio fieret; textu expresso fere præcisus verbis in d. constit. Clement. VIII. §. 6. Illas penas incurrunt etiam Christiani cum Turcis duellantes; Sic censuit Sac. Congreg. Conc. in Cattar. 22. Augusti 1637. lib. 5. decret. fol. 584.

15 Non incurrunt tamen tales penas ratum habentes duellum suo nomine factum; Floron. de Duell. cap. 14. §. 3. num. 1. Murga disquis. canon. tom. 4. disp. 1. r. dub. 9. num. 1. & sequenti. Novar. in Summ. Bull. part. 1. com. 62. num. 41. & alii; ratio est, qui Summi Pontifices volentes penas extendi ad ratihibitionem, id solent exprime- re, unde cum hoc non expresserint in Bullis contra duellantes, non est facienda extensio, eo vel maxime, quia ista est Lex penalitatis, quæ potius debet restringi, ex cap. Odia 15. & cap. In panis 49. de regul. juris in 6. & l. Factum, §. In penalibus, ff. de regul. juris. (Vid. sup. in fin. num. 4.) Nec tales penas incurrit, qui provoca- tus ad duellum sic respondet: Paratus sum me defendere, quoadcumque me invaserit; nolo tamen acceptare duellum, quod legi divina, & ecclesiasticæ est contrarium. Nec etiam illas incurrit, qui sic respondet: Ego ubicum- que me aggressus fueris, paratus sum me defendere, ne- que latitabo, sed mei copiam per ordinarias civitatis vias faciam; & forsitan tuo magno malo aggredieris; ceterum recuso duellum, quia à lege divina, & ecclesiastica repro- batur. Nec etiam illas incurrit, qui sic respondet: Sono Christiano, è non accetto duello, ma cammino per la Città con la mia spada sola, è la prima volta che è incontreremo sì darò soddisfazione. Item nec penas illas incurrit, qui postquam dixerat: Quoadcumque reperero te in loco ap- to, rem armis decidemus, postea data occasione cum altero, qui & id acceptaverat, de facto congregitur; quia in omnibus adductis casibus, non fuit designatus locus, & tempus, prout ad rationem veri duelli requiritur ex cit. constit. Gregorii XIII. & Clementis VIII. §. 3. ibi: *Stru- turo tempore*; & in loco convento; & declaravit Sac. Con-

Si undequaque conspiciantur ordinationes regie, tam Castellæ, quam Indicarum ditionum, nullæ inven- nientur in quibus religiositas, christianaque professio, ecclesiarum libertas, suorum bonorum conservatio, ac immunitas non respiciantur; (1) multum sollicitudinis etiam in flagitiorum, & scelerum emendatione, atque vin- dicta, ut Divinæ Majestatis offensæ vitarentur, impensum adverteretur; (2) hæc fuit, est, & Deo propitio, erit vo- luntas Regiæ Catholicæ Majestatis, utpote ab ejus corde inabdicabilis religiositas; quare prævidens DD. Phil- ippus V. (perennis gloriæ) non sufficere ad continendos homines penas à nostra Sanctæ Ecclesiæ fulmi- natas, neque illius prædecessoribus, ut detestabilis duellorum usus cum tanta animarum pernicie proscriberetur, inter alia, (3) non solum privationem omnium munerum, bonorumque temporalium mereri, & inhabilitatem im-

(1) Vid. verb. Abbas, pag. 9. num. 3. Ibi: Salutarum Crucis vexillum. verb. Bannitus, Bona, Cadaver, & Im- munitas, præsertim in add. hisp.
(2) Vid. verb. Adulterium, Assassinus, Blasphemia, Forum prope finem, Ludus, Usura, Zingari, & cetera verba ad dicta concernentia.
(3) L. 12. tit. 8. lib. 8. Recop. En diez y seis de Enero de mil setecientos diez y seis, la Magestad del Rey D. Felipe V. mi Padre, y Señor (que goza de Dios), fue servido mandar expedir, en punto de duelos, y desafíos, la Pragmatica, que dice así: "No habiendo hasta ahora po-

gregatio Concilii in nullius 15. Octobris 1664. lib. 17. de- cretal. fol. 360. & Sac. Congreg. Immu. 13. Februa- rii 1703. in casu graviori, quam supradicto, ut patet in articulo præcedenti sub num. 5. non attento, quod tale scribens Vigilietum dixisset Portitorum Vigiliet, quod responsum expectabat in quadam Aromataria, eo quia ista verba expectare responsum erant nimis æqui- voca; sic apud Usayam Instituit. crimin. lib. 2. titul. 5. numer. 283.

Absolutio ab excommunicatione incurra ob duellum, quamvis ex cit. constitutione Clementis VIII. sub §. 7. non posset impendi extra articulum mortis, nisi à Roma- no Pontifice pro tempore existente, ut ibi expresse fue- rat statutum præcisus his verbis: *Excommunicationis ab- solutionem ab alio, quam à Nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, penitentia, & satisfactione congrue peracta, nisi in mortis articulo constituti nequeant obtinere, etiam prætexta quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibusvis personis, tam ecclesiasticis, quæcumque ordinis, aut militis, status, gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis etiam imperiali, regali, vel alia mundana præ- eminentia insignitis, per Sedem Apostolicam in genere, vel in specie concessorum.* Hodie tamen ex decreto Sacræ Congregationis Episcoporum & Regular. de speciali mandato ejusdem Clementis VIII. edito die 16. Novembr. 1602. po- test talis absolutio ab excommunicatione incurra ob duellum impendi virtute suorum privilegiorum à Confessa- riis Regularibus extra Italiam, & in Urbe Romana, licet non intra Italiam, & extra Urbem, ibi: *Sacra Con- gregatio quoad provocantes, & pugnantes in duello juxta decretum; & formam Tridentini & Gregorii XIII. censuit, Regulares omnes etiam Societatis Jesu non posse virtute suorum privilegiorum à censura ob duellum incursum abolvere in Italia, extra Urbem Romanam. Ita hoc decretum referunt, simulque docent Quaranta in Summ. Bullar. verb. Casus reservati, Dicastillus de justitia, & jure tom. 1. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 15. num. 238. Layman lib. 3. tract. 2. part. 3. cap. num. 4. Pellizar. tom. 1. tract. 6. cap. 2. sect. 1. cap. 35. Comitulus lib. 6. moral. quest. 17. Regi- naldus tom. 2. lib. 21. num. 83. Filliacius tom. 1. tract. 15. cap. 5. num. 106. Fagundes tom. 1. in decalog. lib. 5. c. 8. num. 5. & alii. Vide verb. Absolutio art. 1. ubi late à n. 41. usque ad 46.*

De penis in duellantes latis consuli debent etiam 22 constitutio incipienti; Ex quo divina; edita 6. Idus Junii 1724. à S. M. Benedicto XIII. tum constitutio cui ini- tium est: *Detestabilem*, 4. Idus Novembris 1761. edita à S. M. Benedicto XIV. quæ simul proscripsit propositiones, de quibus superius.

Hic autem ad literam tradimus sequentem Benedic- ti XIV. constitutionem, quæ damnatum, & prohibentur quinque propositiones duellorum, abusi faventes, ac veteres adversus duellantes editæ novis penalibus sanc- tionibus cumulantur. BE-

didio las maldiciones de la Iglesia, ni las leyes de los Reyes mis antecesores, desterrar el detestable uso de los duelos, y desafíos, sin embargo de ser contrarios al derecho natural, y ofensivos del respeto que se debe à mi Real autoridad, valiendose los que se dis- fueren agravados del medio de buscar por sí la satis- faccion que deberían solicitar recurriendo à mi Real Persona, ó à mis Ministros, habiendo sugerido el en- gaño el falso concepto de honor de ser falta de valor, ni no intentar, ni admitir este modo de vengarse, co- mo si la Nacion Española necesitase de adquirir credi-

1108

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuum rei memoriam.

Detestabilem, ac divina, naturalique lege damna- tum duellorum abusum, à barbaris gentibus, atque insuperstitiosis, non sine ingenti corporum, anima- rumque clade, in christianam republicam auctore diabolo investum, cum semper execrata sit, atque im- probari ecclesia, tum præcipuo in eam curam studio, vigilantia, ac zelo incubuerunt Romani Pontifices, ut à Fidelium cætu longissime arceretur. Nam, ut anti- quiori mittamus prædecessorum nostrorum, Nicolai (a) Cælestini III. Innocentii II. Eugenii III. Alexandri III. (b) Immoentii IV. (c) adversus singulares pugnas decreta, nextant recentiores Apostolica Sedis constitutiones, qui- bus Romani Pontifices Julius II. (d) Leo X. (e) Cle- mens VII. (f) ac demum Pius IV. (g) gravissimas pen- nas antea statutas confirmarunt, aliasque de novo addiderunt contra duellantes ex quacumque causa, etiam per seculares regionum, aut locorum leges for- man permissa, adjecta infamia, bonorumque proscrip- tione etiam adversus complicés, ac participes, & qua- lemcumque operam isdem præbent.

Tridentina vero Synodus (h) latam in eos excom- municationem extendit ad Imperatores, & Reges, Du- ces, ac Principes, ceterosque dominos temporales, si locum ad monomachiam in terris suis concesserint, ac jurisdictione, & dominio loci in quo duellum fieri per- miserint, quem ab ecclesia obtineant, eo ipso privatos declaravit. Committentes vero pugnam, eorumque pa- trinis excommunicationis, ac omnium bonorum pros- criptionis, nec non perpetuæ infamiae penam incurre-

(a) Epist. L. ad Carolum Calvum.
(b) In Concil. Lateranens. cap. 1. & 2. de Testamentis, ubi trium prædecessorum decreta citantur.
(c) In epist. ad Archiepiscopos, Episcopos, aliorum Ec- clesiasticos regni Franciæ, apud Roynald. ad an. 1252. n. 31.
(d) Constituit. incip. Regni Pacifici.

imposterum ad ea obtinenda, si nile scelus committentes, incurrere; sed etiam, tamquam infames, in contra- ventores procedi justissime decrevit, cum probationibus ad delicti verificationem ejusdem naturæ, privilegii, & qualitatis, quæ in læsæ majestatis crimine requiruntur.

tos de valerosa por un camino tan feo, criminal, y abominable, despues de tantas conquistas, sangre vertida, y vidas sacrificadas, à la propagacion de la Fé, gloria de sus Reyes, y credito de su patria; aun- que debo esperar de la obediencia, y amor de mis va- sallas, y singularmente de la nobleza, que se ajus- tarán à esta nueva declaracion de mi real voluntad en detestacion de este delito, por si hubiere quien se des- viare de mis Reales, justas, y paternales intenciones Declaro primeramente por esta inalterable ley, y Real Pragmatica, que el desafío, ó duelo debe tenerse, y es- timarse en todos mis Reynos por delito infame; y en consecuencia de esto, mando que todos los que desa- fiaren, los que admitieren el desafío, los que intervi- nieren en él por terceros, ó padrinos, los que lle- varen carceles, ó papeles con noticia de su contenido, ó recados de palabra para el mismo fin, pierdan irre- misiblemente por el mismo hecho todos los oficios, ren- das, y honores, que tuvieren por mi Real gracia, y sean inhábiles para tenerlos, durante toda su vida; y si fueren Caballeros de alguna de las quatro ordenes militares, se les degrade de este honor, y se les quiten los hábitos; y si tuvieren encomiendas, por el mismo hecho, vaquen, y se puedan proveer en otros, y esto, demás de la pena de alevos, y perdimiento de todos sus bienes, establecida por mis abuelos los Re- yes Don Fernando, y Doña Isabel en la Ley 10. tit. 8. lib. 8. de la nueva Recopilacion, que mando sea obser- vada en todo lo que por esta mi Real Pragmatica no se

re statuit; & si in ipso conflictu decesserint, ecclesias- tica sepultura perpetuo carituros decrevit.
Cum vero præfatis saluberrimis legibus judicialia- dumtaxat, ac solemnè duella comprehensa; ac pros- cripta viderentur, pie memorie Prædecessor noster Gregor. Papa XIII. (a) hujusmodi penas adversus eos omnes extendit, qui nedum publice, sed etiam priva- tim ex condicito, statuto tempore, & loco, monoma- chiam commiserint, etiam si nulli patrini, sociive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullave pro- vocatorie literæ, aut denuntiationis chartalæ preces- serint.

Denique felix recordationis Clemens Papa VIII. etiam prædecessor noster, apostolicas Romanorum an- te se Pontificum leges omnes, & penas in eis statutas, sua constituit. quæ incipit: Illius vices, data xvi. Ka- lend. Septembris anno MDXCII. diserte complexas, eas- dem extendit ad omnes non solum duello certantes, sed etiam provocantes, suadentes, equos, arma, com- mensus præbentes, comitantes, chartulas, tibellos, ma- nifesta mittentes, scribentes, vel divulgantes, aut quo- modolibet circa ista cooperantes, socios, paternos, de industria spectatores, fautores, criminis denum parti- cipes, illudque permittentes, vel quantum in ipsis est, non prohibentes, ac delinquentibus veniam, & impu- nitatem concedentes, quique se prædictis quocumque immiscuerint, etiamsi neque pugna effectus, neque ac- cessus ad locum sit consequutus.

His tam sapienter, tam aperte, atque perspicue ab ecclesia, & ab Apostolica Sede constitutis, dubita- ri jam nullo modo posse videbatur, quin duella omnia, tam publica, quam privata, & naturali, & divino, & ecclesiastico jure prorsus illicita, verita atque dam- nata censerentur deberent. Sed nonnulli earum legum inter- pretes per benignitatis speciem humanis, prævisque cupiditatibus plus æquo faventes, apostolicas sanctio- nes

(a) Constituit. Quam Deo & hominibus.
(b) Constituit. Consuevit Romanus Pontifex.
(c) Constituit. Ea, quæ à prædecessoribus.
(d) Sess. 25. cap. 19. de Reformat.
(e) Constituit. Ad tollendum.

hallare innovada: Y porque el poder, y autoridad de los delinquentes, y el recato con que se comete este delito, dificultan su probanza, y averiguacion: Man- do que se pueda probar con testigos singulares, indi- cios, y conjeturas, de manera que las probanzas sean igualmente privilegiadas en este delito, que en el de lesa magestad. Y asimismo mando, que si el delito se probare con dos testigos de fama, ó de notoriedad, no pudiendo ser habido, y preso el reo, siguiendo la causa por los terminos señalados: en las de rebeldia, si dentro de dos meses, despues de publicada la senten- cia, no se presentare en la carcel, se tenga por convicto irremisiblemente en quanto al perdimiento de sus bie- nes, sin que para la pena corporal pueda jamás ser oido para su descargo, ni admitido por mis Secreta- rios memorial suyo, ni de otro en su nombre, ni en su favor, que no fuere presentándose antes en la car- cel. Todos los que vieren, y miraren los desafíos quan- do tifieren, y no lo embarazaren (pudiendo), ó no fueren luego à dar aviso à la Justicia, sean condena- dos en seis meses de prision, y multados en la tercera parte de sus bienes: Y siendo, como es mi Real intencion, sin variacion, igual à la que tuvo el Rey mi Señor, y Padre, en un todo, sin excepcion de particular alguno, en el modo, substancia, ni dispensa- cion, de como por ella está dispuesto, y prevenido en los casos que señala, la guardéis, cumpláis, y execu- teis, segun, y como está declarado en los puntos que comprehendí:

»nes ad corrupta hominum iudicia infestentes, ac tem-
»perantes, licere, docuerunt, (k) Vir Equestri duellum
»acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat; (l)
»falsas esse defensionis occisiva, vel ipsi Clericis, ac Reli-
»giosis, tueri honorem, dum alia declinando calumnia via-
»riam suppetat; (m) propulsare damna que ex iniqua Ju-
»dicis sententia certo imminet; (n) Defendere non so-
»lum, que possidemus, sed etiam ea, ad que jus inchoatum
»habemus, dum alia via id assequi non valeamus; Quas
»quidem assertiones duellis faventes, Apostolica Sedes
»censura notavit, rejectit, proscripsit.

»Et nihilominus extiterunt quam proxime recentio-
»res alii, qui etsi duella, vel odii, vel vindicta, vel
»honoris tuendi causa, vel levioris momenti res, for-
»tunasque servandi, farentur illicita, aliis, tamen in
»circumstantiis, & casibus, vel amittendi officii, & sus-
»tentionis, vel denegate sibi a Magistratu justitia,
»defensionis innocue titulo, ea licere pronuntiant. La-
»sas, & periculi plenas opiniones hujusmodi, ex vul-
»garis eorum, libris ad nos delatas, ubi primum acce-
»pimus, earum examen nonnullis ex Venerabilibus Fra-
»tribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, & quibusdam di-
»lectis Filiis Sacre Theologiae Ministris specialiter ad id
»oper nos Deputatis, commissimus; qui re mature discus-
»sa, latis coram Nobis tum voce, tum scripto suffragiis,
»infrascriptas propositiones censura, & proscriptione
»dignas existimarunt.

PRIMA PROPOSITIO.

»Vir militaris, qui nisi offerat, vel acceptet duellum,
»tamquam formidolosus, timidus, abjectus, & ad offi-
»cia militaria ineptus habetur, indeque officio, quo
»se suosque sustentat, privaretur, vel promotionis, aliis
»sibi debita, ac promerita, spe perpetuo carere debe-
»ret, culpa, & poena vacaret, siye offerat, siye accep-
»tet duellum.

II.

»Excusari possunt etiam, honoris tuendi, vel hu-
»mane vilipensionis vitandae gratia, duellum acceptan-
»tes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt pug-
»nam non esse securam, utpote ab aliis impediendam.

III.

»Non incurrit ecclesiasticas penas ab ecclesia con-
»tra duellantes latis, dux, vel officialis militie, accep-
»tans duellum, ex gravi metu amissionis fame, & officii.

IV.

»Licitum est, in statu hominis naturali acceptare, &
»offerre duellum, ad servandas cum honore fortunas,
»quando alio remedio, jactura propulsari nequit.

V.

»Asserta licentia pro statu naturali, applicari etiam
»potest statui civitatis male ordinatae, in qua nimirum,
»vel negligentia, vel malicia Magistratus, justitia aper-
»te denegatur.

»Auditus itaque, super unaquaque earum propositio-
»num, dictorum Cardinalium, & Consultorum iudiciis,
»atque omnibus rite, & mature consideratis, Nos ipsas,
»presertim literarum tenore, & apostolica auctorita-
»te, tamquam falsas, scandalosas, ac perniciosas rejeci-
»mus, damnamus, ac prohibemus, ita ut quicumque
»illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit,
»ediderit, aut de his, etiam disputandi gratia, publice,
»aut privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ip-
»so facto incidat in excommunicationem, a qua non pos-
»sit (praterquam in mortis articulo) ab alio, quacum-
»que etiam dignitate fulgente, nisi ab existente pro tem-
»pore Romano Pontifice absolvi.

»Insuper districte, in virtute Sanctae Obedientiae, &

(k) 2. Propos. damnata ab Alexandro VII.
(l) Propos. 17. ex damnatis ab eodem.

»sub interminatione divini iudicii, prohibemus omnibus
»Christifidelibus cujuscumque conditionis, & status,
»etiam specialiter, & specialissima nota dignis, ne pre-
»dictas opiniones, aut aliquam ipsarum, ad proximum de-
»ducant.

»Jam vero ut exitiosam duellorum licentiam in chris-
»tiana, ac praesertim militari republica, non obstantibus
»provisis legibus à plerisque etiam Secularibus Princi-
»pibus, & Potestatibus ad eandem extirpandam lauda-
»biliter editis, adhuc gliscentem, validiore manu coer-
»ceamus, gravissimumque scelus apostolica districtio-
»nis gladio magis, magisque insequamur, omnes, & sin-
/>gulas dictorum Romanorum Pontificum Praedecesso-
/>rum nostrorum constitutiones superius enuntiatas, qua-
/>rum tenores, ac si praesentibus de verbo ad verbum in-
/>sertae forent, pro sufficientibus expressis haberi volumus,
/>apostolica auctoritate confirmantes, & innovantes, ad
/>hoc ut poenam gravitatis, & severitatis majorem perdi-
/>ctis hominibus ingerat peccandi metum, Nostro motu
/>proprio, ac de apostolica auctoritate plenitudine ea-
/>rundem praesentium literarum serie, statuimus, atque
/>decernimus, ut si quis in duello, siye publice, siye
/>privatim indicto, hominem occiderit, siye hic mortuus
/>fuerit in loco conflictus, siye extra illum ex vulnere in
/>duello accepto, hujusmodi homicida, tamquam inter-
/>ficiens proximum suum animo praemeditato, ac delibe-
/>rato, ad formam constitutionis felicis recordationis
/>praedecessoris Nostri Benedicti Papae XIII. quae incipit
/>»Ex quo divina, data vi. Idus Junii anno Domini
/>»MDCXXV. ab ecclesiastica Immunitatis beneficio exclu-
/>sus, & repulsus omnino censetur; ita ut à cujuscum-
/>que sacri, aut religiosi loci asylo, ad quod confu-
/>gerit, servatis tamen de jure servandis, extrahi, &
/>Judicis competentis Curiae pro merito puniendus, tra-
/>ndi possit, ac debeat: Super quo Nos Episcopis, aliis-
/>que Superioribus Antistitibus, ad quos respectiva per-
/>tinet, & pertinere impostum, necessarias, & op-
/>portunas facultates praesentium quoque tenore imper-
/>timur. Quin etiam vivente adhuc altero in singulari
/>certamine graviter vulnerato, si percussor in locum
/>immunem se receperit, ex quo eveniente illius morte,
/>fugam arripere, & legum severitatem evadere posse
/>prospiciatur; Volumus, & respectiva permitimus, ut
/>quatenus periti ad inspicendum vulnus asciti grave vi-
/>tae periculum adesse retulerint, percussor ipse, previo
/>semper decreto Episcopis, & cum assistentia personarum
/>ecclesiasticarum ab eodem Episcopo deputata, ab hujus-
/>modi loco immuni extrahatur, sine mora carceribus man-
/>cipetur; Ea tamen lege Judicibus indicta, ut illum ec-
/>clesiae restituere debeant, si vulneratus superstes vivat
/>ultra tempus à legibus, quae de homicidio sunt, con-
/>stitutum, aliquando in easdem penas, incidant, quae in
/>memoratis Benedicti XIII. Literis constitutae sunt ad-
/>versus illos, qui delinquentem in aliquo ex casibus ibi-
/>dem expressis, ex indicis ad id sufficientibus sibi tra-
/>nditum restituere recusent, postquam is in suis defen-
/>sionibus hujusmodi indicia dilaverit.

»Praeterea, simili motu, & auctoritate decernimus,
/>vac declaramus, sepulturae sacrae privationem à sacro-
/>sancta Tridentina Synodo inflatam morientibus in lo-
/>co duelli, & conflictus incurrendam perpetuo fore, etiam
/>ante sententiam Judicis, à decedente quoque extra lo-
/>cum conflictus ex vulnere ibidem accepto, siye duellum
/>publice, siye privatim indictum fuerit, ac etiamsi vul-
/>neratus ante mortem non incerta poenitentiae signa de-
/>xiderit, atque à peccatis, & censuris absolutionem obti-
/>nerit; sublata Episcopis, & Ordinariis locorum super
/>haec poena interpretandi, ac dispensandi facultate, quo-
/>ceteris documentum praebatur fugiendi sceleris, ac
/>debitam ecclesiae legibus obedientiam praestandi.

»In hujus demum sollicitudinis nostrae societatem vo-
/>cantes carissimos in Christo Filios nostros, Imperato-
/>rem electum, cunctosque Catholicos Reges, nec non

(m) Propos. 18. ab eodem damnata.
(n) Propos. 32. ex damnatis ab Innocentio XI.

»tos, eos omnes, & singulos, pro sua in Deum religio-
/>ne, ac pietate enixe obstentant in Domino, ut con-
/>iunctis studiis & animis, exitiose duellorum licentia,
/>qua regnorum tranquillitas, populorum securitas at-
/>que incolumitas, neque corporum solum, sed quae
/>nullo pretio aestimari potest, aeterna animarum vita
/>certo periclitatur, omni nisu, & constantia vehementer
/>obstant. Neque sibi, saepe in Deum fidei, mu-
/>nerisque rationi fecisse satis intelligant, quod optime
/>constitutis legibus, indictisque gravissimis poenis hor-
/>rendum scelus proscripsum sit, nisi accuratam ipsa-
/>rum legem penarumque executionem graviter urgeant,
/>ac promoveant; seque inexorabiles Dei vindices in
/>eos, qui talia agunt, diligenter exhibent; Nam si
/>delinquentes, aut oscitanter ferant, aut molliiter pu-

EBRIETAS.

Ebrietas. Vide verbum Clericus art. 5. à num. 15. ad
20. & verb. Irregularitas art. 1. sub num. 11. & verb. Gu-
la à num. 12. ad 31. in talibus enim citatis locis quan-
tum sufficit pertractatum est de hujusmodi verbo.

ECCLESIA.

ECCLESIA potest capi dupliciter scilicet in sensu mor-
tali, prout nempe significat caetum, coenocetum, collec-
tionem, aut congregationem hominum, quo sensu Eccle-
siam saepe accipit Scriptura, ut Psal. 25. Oculi eccle-
siae malignantium; & Psal. 88. Laus ejus in ecclesia
Sanctorum, & Matth. 5. Convenit ecclesia magna; & ad
Romanos 16. Salutans vos omnes ecclesia Asiae, & alibi
passim, quo sensu etiam cuncti fideles sub uno in terra
Capite, idest Papa, existentes, vocantur ecclesia, ut
patet in cap. Ecclesia 7. de consec. dist. 1. ibi: Ecclesia
id est Catholicorum collectio. Et potest capi pro ipsa eccle-
sia materiali, scilicet pro templo aliquo manufacto, seu
ade publica cultui divino deputata, in quo fideles ad
colendum, & invocandum Deum, Divina ministran-
da, & percipienda conveniunt; Unde de ecclesia utro-
que hoc modo sumpta brevier erit sermo, & in primis
de ecclesia in sensu morali capta.

ARTICULUS I.

Ecclesia in sensu morali capta quoad ejus esse, & prin-
cipales notas.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia nomen quid significet.
2 Ecclesiae nomen aliquando sumitur generaliter, & ali-
quando particulariter, & quid utrumque importet.
3 Affertur vera definitio ecclesiae, & explicatur per sin-
gulas ejus particulas, usque ad num. 9.
4 Ad hanc ecclesiam spectant, non solum praedestinati,
sed etiam reprobi.
5 Sic etiam ad hanc ecclesiam spectant, non solum justis,
sed etiam peccatores.
6 Ad hanc tamen ecclesiam non spectant, seu ab ea ex-
cluduntur Pagani, Turcae, Judaei.
7 Excluduntur etiam Cathedumeni.
8 Item excluduntur Haeretici, & à fide Apostatae.
9 Item excluduntur Schismatici.
10 Item excluduntur Excommunicati.
11 Una, & eadem substantialiter, & formaliter est eccle-
sia legis gratiae, legis naturae, & legis scripturae.
12 Nota praecipua, per quam vera ecclesia discernitur à

»niant, alieno sese crimine polluent, omnisque illius
»sanguinis reos se constituent, quem ita crudeliter inul-
/>tum effundi permisserint. Vani enim, falsaque honoris
/>idolo humanas litari victimas non impune feret Su-
/>premus omnium Judex Deus, rationem ab his aliquan-
/>do exacturus, quorum est divina, & humana jura
/>»tucri, sibi que creditorum hominum vitam servare,
/>»pro quibus Sanguinem ipse suum Jesus-Christus effu-
/>dit. Volumus autem, ut praesentium literarum trans-
/>sumptis, &c. Nulli ergo &c. Datum Romae apud Sanctam
/>Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae
/>»MDCCLIII. quarto Idus Novembris, Pontificatus nos-
/>tri anno tertio decimo. (Ad n. 23. & 4. circa sepulchrum
/>Vide leg. 8. & 10. tit. 13. part. 1.)

E

falsis, sunt quatuor, scilicet quod sit Una, Sancta,
Catholica, & Apostolica.

- 19 Prima vera ecclesiae nota demonstratur, & innuitur.
20 Haec ecclesia variis titulis est Una.
21 Secunda nota vera ecclesiae explanatur.
22 Haec ecclesia pluribus titulis dicitur Sancta.
23 Tertia vera ecclesiae nota, quod scilicet sit Catholica
variis rationibus ostenditur.
24 Quarta vera ecclesiae nota, quod scilicet sit Aposto-
lica, variis de causis demonstratur.
25 Sola Ecclesia Romana Catholica habet notas verae eccle-
siae Christi, & in ipsa sola potest obtineri salus, &
nullas extra ipsam saluatur.
26 Ecclesia Romana pro eodem sonat, ac universalis.
27 Summus Pontifex, quamvis non sedeat Roma, appella-
tur semper Romanus Pontifex, & sola Ecclesia Ro-
mana appellatur Una, Sancta, Catholica, & Aposto-
lica.
28 Non habet Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam
Romanam Matrem.

ECCLESIA est nomen graecum, quod significat evoca-
tionem, seu coetum vocatorum; Hinc usurpatur à no-
bis ad significandum coetum fidelium, & aptissime no-
mine vocationis coetus fidelium appellatur, quoniam ad
coetum fidelium nemo se instinctu proprio adjungit,
sed coelesti admonitus vocatione. Ecclesiae nomen ali-
quando sumitur generaliter, aliquando particulariter.
Nomen ecclesiae sumptum generaliter est quid commune
ad ecclesiam Triumphantem, quae est coetus in Coelis
regnantium, siye hominum, siye Angelorum, ad Eccle-
siam Patentem, quae est Congregatio hominum in igne
purgandis peccatorum reliquiis probatorum: & ad
Ecclesiam Militantem, quae est adunatio Christianorum
contra salutis hostes pugnantium. Nomen ecclesiae sum-
ptum particulariter significat tantum Christi Ecclesiam
Militantem; & Ecclesia sic sumpta, de qua solum in
praesenti est sermo, sic definitur: Ecclesia est Congrega-
tio, seu coetus visibilis Baptizatorum sub uno capite Chris-
to in Coelis, & Romano Pontifice ejus Vicario in Terris
inter se in eadem Fidei professione, & Sacramentorum
participatione colligatorum. Est in re communis. Dicitur
primo Congregatio, seu Coetus visibilis, quia ut dicitur
in Prol. 18. In sole posuit Tabernaculum tuum, quod ibi
de Ecclesia intelligit S. Aug. dicens: In sole posuit Ta-
bernaculum tuum, hoc est in manifestatione posuit Eccle-
siam suam, non in occulto. Et idem habet in Epistola 166.
ad Donatistas; ipsa Ecclesia in sole posita, hoc est in
manifestatione omnibus nota usque ad terminos terra. Di-
citur secundo: Baptizatorum, quia nullus est ecclesiae
membrum, aut intrat Ecclesiam, nisi per Baptismum,
qui est porta unica, & omnibus communis. (Vid. verb.
Baptismus.) Dicitur tertio sub uno Capite Christo, quia
Deus ipsum dedit Caput supra omnem Ecclesiam, ad Ephes.
cap. 1. & cap. 5. Quoniam vir caput est ecclesiae, sicut
Christus caput est Ecclesiae. Dicitur quarto: Et Romano 7
Pen-